



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Dvodecimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

DYODECIMVM.

Iacobi 2. Vides igitur quod ex operibus iustificatur homo, non ex fide solum.

RESPONDEO sine vlla sophistica: Constat fidem in eo loco debet significare noticiã historię, qualis est in damnatis. Ait enim: *peruenies credunt & contremiscunt.* Fatendum est aurem, & clare fatendum, hominem non esse iustum illa noticiã. Sed Paulus cum loquitur de fide, intelligit fiduciam misericordię, quę nititur mediatore, & propter eum accipit reconciliationem. Quare necesse est aliud intelligi fidem apud Paulum, cum inquit: *Corde creditur ad iusticiam:* Aliud apud Iacobum dicentem: *Demonies credunt.* Non igitur pugnat Iacobus cum Paulo, sed de alia re loquitur, refutat errorem eorum, qui fingebant se iustos esse propter professionem dogmatum, vt hæc opinio facile capit imperitorum animos. Sic & Iudæi fingebant se esse iustos propter professionem suę doctrinę & ceremonias. Hunc errorem refutare necesse est. **N**ac pugnat hæc refutatio cum Paulo. Quod enim addit Iacobus, *Iustificatur homo ex operibus,* loquitur de iusticia operum, quam & Paulus tota voce clamitat necessariam esse: Sed idem negat propter hanc dari remissionem. Non igitur intelligatur verbum *iustificari* pro reconciliari, sed vt alias sæpe dicitur, pro approbati. Iustificatur homo ex operibus, id est, habens iusticiam operum approbatur, placet Deo. Quia obedientia in reconciliationis necessaria est, & quomodo placeat, supra dictum est. Et peccata non est iusta, seu placens, seu accepta, si desit illa obedientia. Si maneat delicta contra conscientiam. Est ergo sententia, oportere hominem etiam habere iusticiam operum, quod omnino fatendum est: Sed interim plura docendus est auditor, scilicet, quod propter opera non accipiat remissionem. Item, quod placeant, non quia *operibus*, sed propter mediatorem. Hęc addenda esse, manifestum est. **Q**UARE satis apparet, Iacobum non de integra causã disputare, sed de vna parte concionatum esse: flagitare iusticiam operum, & refutare eos qui fingebant se iustos esse propter professionem. Ceterum de reconciliatione, & quomodo placeat imperfecta obedientia, hic non dicit. Supra aliquantulum attingit, cap. 1. inquit: *Vultis graui nos verbo veritatis, vt simus primitię creaturę ipsius.*

DECIMVMTERTIVM.

1. Corinth. 13. Si habeam omnem fidem, dilectionem autem non habeam, nihil sum.

EXPEDITA, facilis, & plana responsio est. Concedo totum. *sed enim affirmamus, oportere adesse dilectionem: Sed hinc non sequi-*